

## Universitätsbibliothek Paderborn

## Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitylatio

Molanus, Johannes Dvaci, 1616

Decima tertia Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

SANCTORVM BELGII. rio, anno millesimo centesimo duodecimo. Sed Deo sanctum suum per crebra miracula mirificante, Gerardus episcopus, successor Lietberti, eum eleuauit in natiuitate Baptistæ: & ex confluentium oblationibus, noua basilica super eius tumulum est sumtuose ædificata: in qua Canonicorum octodecim celebre collegium, à domino Gaesbecano dotatum & institutum, diuina officia reuerenter peragit. Locus dicitur Anderlacum & à recentioribus Anderlechtum, Bruxellensibus, apud quos indigenz iure ciuium gandent, vicinus. Pingitur vt opilio, bubulcus, & arator. Haber enim in manu pedum: ad pedes oues, boues, & instrumentum triangulum ligneis dentibus distinctum, quo semina aruo iniecta obruuntur, quod quidam dentale, alij pectinem: Belgæ, een egghe vocant. Lakensis ecclesia ad aqux-ductum Bruxellensé, addit ei in mai ibus claues fuæ ecclesiæ, eo quod in ea custos, velut alter Nepotianus, Deo seruierit.

## Decima tertia Septembris.

1°. De S. Amato episcopo apud Duacenos.

Ex libris Duaci, & Marcena.

BRoyli, depositio S. Amatiepiscopi & confes. Cuius virtutem Saluator omnium pius, magnificauit in temporali vita suorum gratia meritorum. Fuit episcopus Senonensis, sed sigebertus apud Theodoricum regem de insidelitate accusa-anno 072. tus, per eius exsecrabiles iussus in exilium est in cataligo ablegatus, causa non discussa. Quamobrem Pe-Democharis ronæ exulauit ysque ad mortem Vltani abbatis: est 22.

Bb 3

deinde

DIM.

Will I

ut, &

0油

Ü.

12,000-

De patte

NIS

1110-

\$ 6-

rabacole-

7112

mo-

eall]

700-

匹

20-

ca.

2.

te-

10/

Septemb. 13.

NATALES

deinde beato Mauronto commendatus, primum Hamatici vixit, vbi sepeliuit sanctas abbatissas Gertrudem & Eusebiam. Postmodú requisitus à Rictrude &filio eius iam dicto Mauroto, suscepit regimé monasterij, S. Petri quod Broyli in fundo fuo apud Menapenses construxerant. Quo in loco monasticam congregationem gubernauit, & populo alimenta cælestis prædicationis ministrauit, vsque ad annum sexcentesimum nonagesimum, quo sanctissimam vitam finiuit. Eius corpus led & ferri pondus, quod ad collum gestauerat, multis miraculis claruerunt. Quibus auditis Theodoricus rexad sepulcrum veniam perpetrati in eum facinotis flagitauit, & multas possessiones ad alimoniam sernorum Dei eidem contulit. Maurontus vero ad honorem eiusdem prasulis, sui ctiam patrimonij multa prædia, per chartarum înstrumenta assignauit. Præterea haud longe à beati Petri ecclesia aliam Deiparæ construxit basilicam Ad quam diuinitus monitus, cum sancto Baino Morinorum episcopo; beati Amati reliquias translulit. Postea à clero Meruillano, propter Nodmannorum incursiones Duacum est translatus, in sui iuris ecclesiam. Anno denique octingentelimo septuagesimo quarto dobtinuerunt frattes Meruillani fine Broylenses, à Ioanne épiscopo Cameracensi, Carolo rege, & Arnulpho Comite, vi cum omnibus prinilegijs & pofsessionibus Duaci remanerent. Eleuatio per Bainum facta & translatio, recoluntur quarto Calendas Maij, & decimo quarto Calendas Nonembris. West and air officiaros has seed a

En verò Duacum vrbs dicecesis Atrebatensis, in Gallicana Flandsia, nuperrime ex Louanio multum decorata gen nerali nerali vniuersitate omnium studiorum. A Guilielmo Neu-Lib. 5 (2) brigensi rerum Anglicarum historico dicitur nobile ca-

ftrum Duay, e

a. Archiepiscopum suisse liquet ex subscripționibus Concilij Aurelianensis tertij, Vbs Leo Senonensis subscribit. Tomo 2. Concil.

b. Cuius mentio supra, 20. Iunij. 2 22. Iul je

c. Imo sue siones, ac postea inde Duacum. Vide 16.

Octob. 5°.

12-

at,

tis a-

)-

is,

m

2

0

i-

0-

eft

uc

110-

me

11-

01-

21-

2-

0-

lli.

d. Hec concessio pracessit translationem ex sucsione; of facta est non per Arnulphum sed per Buldunum serreum Comitem Fland.

e. In Chronico Cameracensi, Castrum Duwaicum.

20. De sancto Flederico presbytero

Ex informatione quam mecum in Vlidetzele accepit

Martinus Baccius Pastor Alostanus, anno septuagesimo
sexto.

N territorio Alostano, loco Vliderzele festini-1 tas sancti FLEDERICI presbyteri & confessoris. Qui natione Francus, à parentibus Christianis natus, quod professus est in baptismo, ab ineunte ætate observauit Literarum & virtutum studio adolescentiam insumsit. In sacerdotum ordinem ascitus, pastorale munus subijt in Vider-Zele, sicut Aaron vocatus: vbi pietatem & fanam doctrinam subditis instillauit. Fertur autem primitias sacerdotij celebrans, obtinuisse rana rum eum turbantium filentium. Festos dies incipiebat pridie ab hora duodecima. (Quod etiam à Scotis observari à sabbathi meridie, testis est Hector Deidonanus. ) Inter alias virtutes mul- Folio 187. tum studut preisteandis discordibus. Cum qutem ad senectain bonam peruenisser, virtutibus

& miraculis clarus, spiritum suum, quem pro grege & pro ecclesia laboribus exhauserat, Deo lætus reddidit. Cum autem peregrinantes varia eius sentirent benesicia, inter quos multi suerunt surdastri, curia Bruxellensis commissarios misir, qui rem totam examinarent, quique sacras reliquias secum asportare meditabantur, sed claustrum feretri propter irruentem tremorem aperire non poterant, quod mox Pastor loci commodè aperuit. Vnde reliquias vlterius attingere formidarunt. Accidit autem quorundam adhuc viuentium memoria, cum ex antiquo feretro in nouum reliquiæ reponerentur, Pastorem lintea vetera secum tulisse, que ad sistendum sanguinem Ioanni de Clerck, in fomitem conuertere non potuit, sed ab igne illæsa, eius sanguinem vulneri admota sistebant. Hæc fere sunt que ad eius memoriam apud Pastorem loci assernantur. Valgo fertur natus apud Parisios, sed ignoratur an fuerit vicarius Pastor monasterij Gandauensis, an vero Pastor, priusquam is locus dino Banoni esfet collatus. Quod ante annos multos factum elle constat Otho enim secundus, villam Vluer Tele nominar inter possessiones Gandensis conobij. Posterior sententia mihi est verisimilior, qu'od tam pauca de patrono suo sciant. Nam comobitæ Gandenses initio dicuntur per se diuina officia in Vlider Tele Houshent, & Baueghem, inflo numero & velut Prioratum constituentes, perfecisse: serius autem vicarios accepisse. Quare notior foret beati l'ederici vita, si Bauonensium fuisset vicarius. Pingitur vi sacerdos, com calice & hostia, in altari, feretro, vexillis, & peregrinantium imagunculis Et solet in altari eius nondum consecrato

spud Meie tum anno

SANCTORVM BELGII. crato celebrari de eo sacrum, ad requisitionem peregrinantium, super lapide portatili. Cæterum anno millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, solicitatus fuit Martinus Cuperus Coëpiscopus Roberti Croy, Cameracensis episcopi, vt altare sancti Flederici consecraret, diem festum, & processionem ei constitueret. Qui omnibus expensis sua suffraganea suique episcopi auctoritate, fererrum annuè circumferri ordinauit, die Dominico post natalem sanctorum Petri & Pauli: altare in sancti confessoris honorem consecranit pridie exaltatæ sanctæ Crucis: eundemque diem annuè in memoriam patroni per parochiam festigum instituit : dato desuper Flandrico diplomate. Quod tamen intra triennium in pestifera ædilis domo deperditum putatur, cum diligenter quæsitum, nusquam sit inuentum. Fit autem Missa de communi, & lectiones Matutinæ ex Maximo notantur, Ad laudem fancti.

Decima quarta Septembris.

1º. De S. Materno episc. & eius successoribus.

Ex diuersis, potissimum ex Tungrorum & Treniro-, rum Breniarijs.

Renirissancti Materni episcopi, discipuli sancti Petri, qui simul Trenirensi Coloniensi, & Tungrensi ecclesijs præsut archiepiscopus, & Coloniæ spiritum Deo reddidit, sed Treniris in ecclesia sancti patris Eucharij, quæ nuncad sanctum Matthiam appellatur, simul cum ijsdem

**V2111** 

THE .

idi,

tel.

com.

dhuc

oin

ntea

7111-

1011

ieri

me-

Igo

ne-

flet

elle

iòd

one

ain

ic-

rer

c2-

111

12-

ile-

10